

gradus requirere, cum eos assequi ex instituto Religionis prohibeantur.

Deinde respondetur Concilium absolute voluisse ut primo loco deputarentur Magistri, seu Graduati, quia cum hi studiorum cursus peragere, & in publicis functionibus literaturae periculum facere consueverint, eos juris praesumptione sufficienter idoneos iudicavit, a qua quidem juris praesumptione quemadmodum noluit posse recedi ex eo, quod alii aptiores, & doctiores reperirentur ex clero seculari, cum alternativa, ut dictum est, sit ordinis, non electionis: ita nec confidendum est voluisse ut possent recedi ex eo, quod aptiores reperirentur ex clero Regulari, utroque eum sub una, & eadem oratione, ac determinatione Concilium complectitur. Unde succedit regula. *Iam huiusmodi, s. s. de p. & papill. & l. final. C. de sent. de qua per Dec. in c. Novis, num. 56. de iudic. Nec videtur inconveniens ut Episcopus carere debeat in hac functione ministerio Regularium, qui ex instituto hos gradus suscipere non solent. Quandoquidem Patres Concilii non latebat multas Religiones extare ejusmodi instituti. Unde si voluissent eos comprehendere, expressissent: Argum. l. v. nica, s. s. in autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. &c. Ad audientiam, vers. Nam si intelligeremus, de decim. ejusmodi enim expressio parum de membrana occurreret, ut inquit Oldr. conf. 206. num. 10. Et quemadmodum absurdum non est ut Regularis quantumvis idonei non possint esse iudices Synodales, si careant qualitatibus requisitis in c. Statutum, de rescript. in 6. ut in Clem. 2. eod. tit. nec iudices conservatores, si non habeant requisita c. s. de offic. deleg. eod. tit. & Constitutionis Gregorii XV. de Conservatoribus: ita nec videtur absurdum ut non possint esse Examinatores Synodales, nisi deficientibus Magistris, aut Graduatis: nam ubi lex certas qualitates actu requirit, debent illas qualitates actu concurrere, nec sufficit aptitudo. A bb. in c. Cum in concilio, s. inferiora, num. 10. de elect. Gloss. & DD. in d. c. Statutum, & Roman. conf. 216. Electio, num. 3. s. & seq. Quinimo in Religionibus Monasticis gradus Magisterii, Doctoratus, & alii similes non sunt in usu. Et tamen Monachos, Graduatis non deficientibus, Concilium aperte excludit in d. c. 18. sess. 24. ut indicant verba illa, etiam ex ordine Mendicantium, quae posita sunt ad differentiam non Mendicantium. Ergo si Concilium existentibus Graduatis, in Examinatores Synodales noluit deputare, posse Monachos, licet ex eorum instituto hos gradus suscipere non soleant; eodem modo dicendum est noluisse ut deputari possent Regulares, etiam ex illis Ordinibus Mendicantium, qui similes habent institutum, Praesertim vero quia in Mendicantibus major suberat ratio dubitandi quin deputari possent, ut in eadem verb. etiam ex ordine Mendicantium; ponderando particulam, Etiam, quae implicat casum magis dubitabilem, c. Tanta, de simon. Gemini. conf. 35. num. 8. vers. Sed dictio.*

- 11. Et quemadmodum absurdum non est ut Regularis quantumvis idonei non possint esse iudices Synodales, si careant qualitatibus requisitis in c. Statutum, de rescript. in 6. ut in Clem. 2. eod. tit. nec iudices conservatores, si non habeant requisita c. s. de offic. deleg. eod. tit. & Constitutionis Gregorii XV. de Conservatoribus: ita nec videtur absurdum ut non possint esse Examinatores Synodales, nisi deficientibus Magistris, aut Graduatis: nam ubi lex certas qualitates actu requirit, debent illas qualitates actu concurrere, nec sufficit aptitudo. A bb. in c. Cum in concilio, s. inferiora, num. 10. de elect. Gloss. & DD. in d. c. Statutum, & Roman. conf. 216. Electio, num. 3. s. & seq. Quinimo in Religionibus Monasticis gradus Magisterii, Doctoratus, & alii similes non sunt in usu. Et tamen Monachos, Graduatis non deficientibus, Concilium aperte excludit in d. c. 18. sess. 24. ut indicant verba illa, etiam ex ordine Mendicantium, quae posita sunt ad differentiam non Mendicantium. Ergo si Concilium existentibus Graduatis, in Examinatores Synodales noluit deputare, posse Monachos, licet ex eorum instituto hos gradus suscipere non soleant; eodem modo dicendum est noluisse ut deputari possent Regulares, etiam ex illis Ordinibus Mendicantium, qui similes habent institutum, Praesertim vero quia in Mendicantibus major suberat ratio dubitandi quin deputari possent, ut in eadem verb. etiam ex ordine Mendicantium; ponderando particulam, Etiam, quae implicat casum magis dubitabilem, c. Tanta, de simon. Gemini. conf. 35. num. 8. vers. Sed dictio.
- 54. Ceterum adverte, quia etsi Episcopus eligere debeat Examinatores praedictis qualitatibus insignitos, si eorum copia suppetat; non tamen sequitur ut si alios clericos idoneos eligat, concursus propterea sit nullus: nam Sacra Congre-

gatio Concilii alias consultata in casu Montis Regalis, an concursus habendus coram Examinatoribus Synodalibus non Doctoribus, vel Magistris, aut saltem Licentiatibus in Theologia, vel Jure Canonico sit nullus, cum praeterim alii extant his qualitatibus praediti: Die 2. Augusti 1607. respondit debuisse quidem eligi Examinatores, qui sint Magistri, sive Doctores, aut Licentiatum in Theologia, aut Jure Canonico. Ceterum etiam si his qualitatibus careant, concursus non esse propterea nullum.

55. Illud praeterea omnittendum non est, si alicui non reperiantur Doctores, nisi prorsus imperiti; eo casu licet Episcopo, praetermissis Doctoribus, alios clericos magis idoneos deputare sive saeculares, sive regulares, ut alias in electione Vicarii Capitularis respondit Sac. Congregatio; approbavit enim electionem factam de Vicario non Doctore, nec Licentiatum alias idoneo, cum ibi non extaret nisi unus Doctor, isque omnino imperitus: Doctor enim ignarus perinde ac nullus. Felin. post alios in c. Clerici, num. 1. vers. Vtrum autem Doctor titulo tantum, inf. de ind.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Eamte.

S V M M A R I V M.

- 1. Sede vacante si Papa tribuat Capitulo ut vicegerent, ut praebendam conferat, Episcopus ibi creatus mandatum adimplere tenetur.
- 2. Capitulo si diriguntur monitoria, vel praeceptorum super receptione alicuius, & ad Episcopum spectat receptio, Episcopus, qui tempore data erat de Capitulo, exequitur.
- 3. Promotus non dicitur qui ante consecrationem, licet sit electus, & confirmatus vel provisus, & num. 5. 9. & 15. Contrarium, num. 23. & seq. Declaratur, num. 30. & 38.
- 4. Episcopi promoti in Curia an ex Bulla Urbani VIII. teneantur se conferre ad residentiam infra mensem computandum a die provisionis, an vero a die consecrationis, & num. seqq. usque in finem.
- 6. Episcopus non dicitur ante consecrationem, sed electus, & num. 28. Declaratur duobus modis, ut n. 30. & 38.
- 7. Electio & consecratio unum faciunt Episcopum.
- 8. Pontifex non dicitur ante consecrationem.
- 9. Provisus a Papa ante consecrationem non dicitur Episcopus, sed electus. Declaratur n. 30. & 38.
- 10. Archiepiscopus appellari non potest ante susceptionem Pallii.
- 11. Papa ante consecrationem, & coronationem ex stylo non servit nomen suum, nec Pontificatus in data, sed utitur dimidia Bulla, & appellatur se electum, & num. 33.
- 12. Afferentes tamen eum non debere se Episcopum, sed electum inscribere, sunt eo ipso excommunicati.
- 14. Imperator non dicitur ante coronationem.
- 15. Provisio, seu pronuntiatio Papa in Consistorio habet vim electionis, & confirmationis.

- 16. Episcopi, vel Pontifici appellatione in materia punali non venit electus confirmatus ante consecrationem. Contrarium, n. 25.
- 17. Civitas interficiens electum non incidit in penam interficientis Episcopi.
- 18. Promoti in Curia ad Episcopatum tenentur visitare Cardinales praesentes.
- 19. Lex debet esse rationabilis, & possibilis, alias non est obligatoria.
- 20. Episcopi aequa ex causa possunt singulis annis duos, vel tres menses ab Ecclesia abesse, & num. 36.
- 21. Et hoc facultas non fuit eis adempta per Constitutionem Urbani VIII. super residentiam.
- 22. Et illa uti possunt a principibus promotionis, etiam antequam se conferant ad residentiam. Contrarium, n. 37.
- 24. Provisi a Papa etiam ante consecrationem appellantur, promoti, & n. 27.
- 25. Provisi nondum consecrati accedentes ad Ecclesias, & ad ministrantes ante locum ad Bullas incidunt in penas Extravag. Iulianae, & electi.
- 26. Constitutio in favorem animae recipit latam interpretationem, licet sit extorrens, & punalis.
- 29. Praesenti Cathedralibus Ecclesiis dicuntur etiam non consecrati.
- 30. Episcopi appellatione venit etiam electus, quando in eo militat eadem ratio, qua in consecrato.
- 31. Episcopus electus, & confirmatus tenetur personaliter residere, sicut consecratus, & num. seqq. & num. 40.
- 32. Et inter eum, & diligentes contrahitur spirituale coniugium.
- 33. Episcopus electus, & confirmatus ante consecrationem non potest exercere ea, quae sunt ordinis Episcopalis, sed ea solum, quae sunt iurisdictionis.
- 34. Formula, qua utitur Papa in promovendo Episcopum in Consistorio.
- 35. Parochus tenetur personaliter residere etiam si nondum sit promotus ad sacerdotium.
- 37. Abscedere non dicitur, qui prius non residet.
- 38. Episcopi appellatione venit tantum consecratus in conventibus exercitium, & decorem ordinis Episcopalis.
- 39. Sed in conventibus iurisdictionem venit etiam electus confirmatus, vel provisus per Papam.
- 41. Electus confirmatus potest dare licentiam clerico se absentandi a Parochiali studiorum causa.

EAM TE. Intellectus huius capituli est admodum involutus, maxime propter scripta intricata Innocentii; & legitur quinque modis, ut hic per Cardinalem in 3. 4. & 10. oppositio: communiter tamen sic sumatur. Si vacante Sede Papa scribat Capitulo, ut praebendam conferat, Episcopus ibi creatus mandatum adimplere tenetur. Hoc dicit Joann. Andr. Bald. Bellam. Burr. Anchar. Imol. Abb. & Io. de Anan. Sed juxta quartam lectionem Innocentii, quam dicunt communiter approbatam Cardin. & Abb. in princ. & Ripa n. 44. circa fin. vers. Quartus sibi videtur. Hoc intendit. Si vacante Sede scribitur Capitulo tanquam gerenti vices Episcopi, ut praebendam alicui conferat, creatus Episcopus nondum exe-

cuto mandato, & ad eum spectat collatio praebendarum, illud adimplere tenetur. Adverte tamen quia in dubio mandatum factum Capitulo Sede vacante tenetur tantum Capitulo uti vices gerenti: unde procedit lectura Jo. Andr. ut bene hic per Henric. Boic. num. 2. & Ripam, in princ. num. 49. Vel melius juxta quintam lectionem, de qua per Cardinalem in princ. & in 10. oppos. si Capitulo diriguntur Monitoria, vel Praeceptorum super receptione alicujus, & ad Episcopum spectat receptio, Episcopus, qui tempore data erat de Capitulo, exequitur tenetur, & secundum hanc lectionem, quae magis consonat rationi ponderata in littera ibi, (quod nullatenus fecisse deberes, si datam litterarum diligentius attendisses): textus videtur procedere de plano. Continet autem quinquae, ut dicebat Host. mandatum, executionem, cavillationem, reprehensionem, & antipophoram.

Nota primo, ibi: Ante suam promotionem junctio sine ibi, Nec adhuc esset consecratus. Episcopum electum, & confirmatum ante consecrationem non dici promotum ad Episcopatum; & ita ex hac littera deducit Franc. Vercellensis, eum quo transeunt communiter DD. ut latius dicam infra n. 5.

Et ex hoc infero ad quaestionem, quae nuper contigit in facto, Urbanus VIII. san. mem. in Bulla super residentia Episcoporum edita die 14. Decembris 1634. quae incipit sancta synodus: statuit, ut jam Praesenti Cathedralibus, vel majoribus Ecclesiis etiam S. R. E. Cardinales se itinerari committant, & ad residentiam conferant infra unum mensem, si in Urbe existant; infra duos, si extra Urbem in Italia; si extra Italiam infra quatuor computandos a die publicationis Bullae: nondum autem Praesenti infra praedictos terminos computandos a die eorum promotionis sub pena amissionis facultatis restandi, & aliis penis in constitutione expressis. Quaesitum est, an verba illa, a die promotionis, intelligi debeant a die consecrationis, an vero a die provisionis, & provisionis in Consistorio, ita ut provisus in curia, & non consecratus si infra mensem non contulerit se ad residentiam, incidat in penas constitutionis.

Et quidem verba illa, a die promotionis, esse exponenda, id est a die consecrationis, videtur suaderi posse, quia non dicitur quis promotus ante consecrationem, licet sit electus, & confirmatus, ut probatur in hoc Cap. Coniungendo, principium, ibi: Ante suam promotionem, cum sine ibi, Nec adhuc esset consecratus: & originaliter ex hac littera deducit Franc. Vercell. quem postea sequuti sunt Joannes Andr. num. 34. Bellam. in princ. in vers. Promotionem Butrius, Cardin. Anchar. Imol. Abb. & Felin. omnino, notab. Joannes de Selva in tr. De Benef. part. 1. quest. 2. num. 48. ubi ex hoc inferit, ut si privilegio fiat immerito de promotis, non veniant electi non consecrati, per text. hic Similiter ante consecrationem non dicitur Episcopus, sed electus, c. Tam litteris, & ibi Abb. in 1. notab. de Debitis quae sunt a Praesenti sine conf. Capit. Ubi etiam Abb. in 1. notab. Gloss. r. & DD. in c. 1. de Relig. domib. cum similibus, ut hic per Felin. col. 2. in fin. vers. Cum istis concordant, & bene pro-

probatum in rubrica de Translatione Episc. vel electi. Et merito, quia electio & consecratio unum faciunt Episcopum, ut dicitur in cap. Sicut 40. disticti. Non etiam appellatur Pontifex, ut per gloss. in Clem. 2. in vers. Pontificum, de celebrat. Missar. cum qua concordat ibi Paulus, Jo. de Lignan. Imol. & Cardin. in 3. questione, & Joan. de Selva de Benef. pars. 1. d. quest. 2. num. 48. Quod locum habet non modo in canonice electis, & confirmatis, sed etiam in illis, quos Papa pronuntiavit Episcopos, quia ante consecrationem vocantur electi, ut notat Abb. in cap. Tuam num. 2. vers. Et idem dicitur hodie: de his, qua sunt a Pralat. sine cons. cap. & in cap. Cum in curia, §. Cum verò, num. 6. de elect. Felinus, hic num. 3. vers. Tertio, extendit, Joannes de Selva d. quest. 2. num. 48. vers. Idem esset in illa. Quemadmodum nec ante consecrationem Pallii potest aliquis appellari Archiepiscopus, cap. Nisi, infra de Auctorit. & iura Pallii, cap. Quod autem, de electione.

11 Nec electus in Papam ante benedictionem, consecrationem, & consecrationem ex stylo in titulum Pontifex, nec scribit Pontificatum in data, ut notat gloss. super data sexti in ver. Pontificatus, Item gloss. in fin. in proam. Clem. Licet, ubi primum a duobus partibus Cardinalium vocem habentium eligitur, Prafulatum assumat, c. Licet, de vitanda, & ibi dixi num. 5. de electione, & in 49. significasti, num. 32. eodem titulo, & asserentes eum ante suam coronationis insignia se non debere Episcopum simpliciter, sed electum inscribere, sententiam excommunicationis incurrant, ut in extravag. Quia nonnulli, de sent. excom. de qua stupet gloss. ibinoviter facta. Quia de stylo Curie etiam moderno ante consecrationem non exprimit Papa in Bulla nomen suum, sed dimidia Bulla utitur, & se electum appellat, ideò illa extrau. iudicet Apollo, ut inquit Felinus hic num. 6. similiter electus in Imperatorem non dicitur Imperator nisi corona suscepta, l. ante penult. ff. De militat. testum. l. Bene a Zenone, c. De quaerit. praescripti. Glossa praallegata super data Sexti in ver. Pontificatus. Item gloss. in Clem. 2. circa medium, vers. Egerimus, in vers. Futurum, de iur. iur. & Angelus in d. l. Bene a Zenone, de quo ibi egregie per Salicetum, num. . . . Olerad. conf. 180. incip. Quastio est utrum Imperator ante coronationem, per totum, dixi in d. cap. Licet de vitanda, num. 7. de elect. & alia plura his similia congerunt hic Felin. num. 2. Ripa, num. 5.

12 Si igitur electus, & confirmatus ante consecrationem non potest dici promotus: ergo nec pronuntiatus a Papa in Consistorio, quia talis pronuntiatio, seu provisio Papalis habet vim electionis, & confirmationis, secundum Innocentium in cap. Cum olim in principio, de caus. possess. & propriat. Gloss. in cap. 1. in ver. provisionem, de elect. lib. 6. ubi quod Papa providendo eligit, & confirmat, Abb. in d. cap. Tuam num. 2. vers. Et idem dicitur hodie, de his qua sunt a Pralat. & in d. cap. Cum in curia, §. Cum verò, num. 3. vers. Sed quare, de elect. ubi quod Papa creat Episcopos solo verbo, & talis creatio dicitur provisio, quae habet vim electionis, & confirmationis alios citat Felinus, hic num. 3. vers. Differunt tamen & consequenter Bulla Urbani VII. qua de promotis loquitur, non debet extendi ad provisos non consecratos; nam quibus non conveniunt

legis verba, neque ipsa dispositio convenire videntur, l. Si servum, §. Non dixit Praep. ff. De aqua quotidiana, & Holtien. l. 4. Totus, ff. De damn. infect. & eò magis quia Bulla est penalit: in materia autem penalit appellatione Episcopis, vel Pontificis minime venit electus, & confirmatus, si nondum sit consecratus, ut notat gloss. in Clem. Si quis suadente, in ver. Quomodo Pontificem, de penit. & Baldus in l. Sinodum, post princip. C. de fur. ubi quod civitas interficiens electum, non incidit in penam interficientis Episcopum, de qua in cap. Itanos, 25. quest. 2. & eum sequitur Felinus hic num. 1. in princ. vers. Unde Bald. quibus accedit, quod per extravag. Inimica, de electione Episcopis tenetur Bullas suas promotionis expedire, & antea prohibentur ad Ecclesias sibi commissas accedere, ut in illarum administratione se immiscere: & ex constitutione 7. Leonis X. in Concilio Lateranensi edita, quae incipit Superne, in §. 6. Promoti visitare tenentur Cardinales, qui praesentes in Curia fuerint, in Bullar. tom. 1. pag. 475 & plerumque debent alia etiam negotia in Curia explicare. Quae vix fieri possent infra spatium unius mensis. Unde non est verisimile, ut Pontifex voluerit eos arctare, ut infra tamen brevem terminum ab Urbe abcedant, Arg. l. Titius, §. final. ff. De exco. tut. Nec transgressio ejus imputaretur ad penam, ut ibi per gloss. in vers. Possibile, quoniam cum ex Concilio Tridentino Episcopi tres menses singulis annis a suis Ecclesiis abesse liceat, dummodò id aequa ex causa fiat, ut in c. 1. §. Quoniam autem, sess. 23. Et hac facultas non fuerit illis adempta per Constitutionem Urbani, ut alias fuit declaratum: nihil prohibet, quo minus hujusmodi facultate uti possint in princ. anni sui provisionis ante quam munus consecrationis suscipiant, & ea ad residentiam conferant.

23 Verum his non obstantibus dicendum videtur terminos praescriptos in Bulla Urbani ad committendum se itinere, & conferendum se ad residentiam esse computandos à die provisionis, seu pronuntiationis factae per Papam in Consistorio, non autem à die consecrationis: quia verbum promotionis, quod Bulla utitur, ex proprietate vocabuli comprehendit etiam electos, & confirmatos, ut est textus in cap. Cum in curia, §. Inferiora, vers. Hoc sanè, de electione. quonda Gloss. quae exponit, vers. Promoti, id est electi, & confirmati, sed non ordinati: & concordant ibi Innocentius, Compstell. & Hoff. facit text. in cap. Super bis, de accusat. & cap. Non magno opere, in fin. & cap. Vltimo, in fin. Ne Clericus, vel Monachus, & ita per hanc jura firmant hic Dec. num. 7. & Ripa num. 1. Ego praeter eos allego duo jura, quae irrefragabiliter convincunt provisos, seu pronuntiatos a Papa in Consistorio appellari promotos, etiam si nondum fuerint consecrati. Primum est in extravag. Inimica, de elect. in illis verbis. Episcopi, & Abbates, qui apud dictam Sedem promoventur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus recipiunt nec non ibi: (eorum promotionem, confirmationem, seu benedictionem:) per quem textum tollitur etiam motivum, de quo supra num. 16. quod appellatione

tionem Episcopi vel promoti in penalibus non veniat non consecratus. Nam dicta extravag. Inimica, imponit penas Episcopis accedentibus ad Ecclesias sibi commissas, & ad administrationem subiectis ante expeditas Bullas: & tamen comprehendit etiam promotos in curia, seu provisos per Papam, nec non electos, & confirmatos, etiam non consecratos, cum de illis, & de consecratis loquatur disjunctivè. Unde si promoti, & nondum consecrati ad Ecclesias se conferrent, & bonorum ecclesialium administrationem se immiscerent, proculdubio incidere in penas ibi statutas. Praeterquam quod cum materia residentiae concernat utilitatem animae, et si Consistorio Urbana alius esset exorbitans, & penalit tamen reciperet extensionem, ut notat Joannes Andr. in c. Ex tenore, num. 5. vers. Illam enim constitutio. Qui sit, sint legit. ubi singulariter ait, constitutionem: et videatur odiosa, quia penalit tam favorabilem esse, si sit inducitur in animarum favorem, & ideò illius penam non esse restringendam, sed dilatandam. Sequitur Sarnen, alios citans in regul. de verisimilit. in 1. questione, num. 2. vers. Ista tamen non est antea. Et nihilominus etiam in penalibus sit lata inter pretatio, quatenus patitur verborum proprietates, ut dixi in c. Inter cetera, num. 18. supra eodem. praeterim cum in provisos, & consecratis militet eadem ratio, ut patet infra, num. 31. Alterum est jus novissimum Concilii Tridentini, sess. 7. cap. 9. Ubi sic legitur: ad majores Ecclesias promoti munus consecrationis infra tempus à prelatum suscipiant, Ecce igitur text. rotundus, quod promoti dicuntur esse non consecrati.

24 Nec obstat haec decretalis, quoniam non probat, ad quod eam inducit Franciscus Vercell. & sequentes supra citati num. 5. ubi bene advertunt hic Dec. Ripa, & Joan. de Anan, omnes in primo not. Nam temporè datae litterarum vacabat Sedes Ergò ille non erat electus, & confirmatus, quia sic Sedes non vacaret, cap. Transmissam, infra de elect. & dum text. dicit, nec adhuc esset consecratus debet intelligi, nec electus.

25 Addo quod praedicti Doctores videantur habuisse bonum intellectum, non enim dixerunt absolute aliquem non dici promotum ante consecrationem, sed dixerunt Episcopum non dici promotum, Unde sensus est, quod non consecratus non dicitur promotus Episcopus, quia electus, & confirmatus, licet dicatur promotus, adhuc tamen non dicitur Episcopus, idque satis aperit praeter alios declaravit Imola in 1. nos tab. dum ait: Nota quod ante consecrationem non dicitur quis promotus in Episcopum, licet sit electus, & confirmatus: nam ante consecrationem non debet appellari Episcopus, sed electus, dum sit confirmatus.

26 Praeterea constitutio Urbani non loquitur explicitè de Episcopis, quorum appellatione, ut praedixi, regulariter veniunt solum consecrati: sed ad instar Concilii Tridentini, cap. 1. vers. Ne verò, sess. 23. loquitur de Praefectis Cathedralibus, vel majoribus Ecclesiis, quorum appellatione absque dubio veniunt etiam non consecrati, ut clarè probatur in decreto ejusdem Concilii d. sess. 23. cap. 2. ubi sancta Synodus statuit per hanc formula verba videlicet, Ecclesias Cathedrales

seu Superioribus quocumque nomine, ac titulo Praefecti simus consecrationis infra tres menses non susceperint ad fructum percipiendorum restitutionem teneantur. Et ita evidenter patet Praefectos Ecclesiarum Cathedralium proprie dici ante consecrationem, & consequenter dum Bulla Urbani praescribit eisdem Praefectis terminum ad conferendum se ad residentiam computandum à die eorum promotionis, debet intelligi de illa promotione, quae fit à Papa in Consistorio ante consecrationem, & cum mysterio Bulla ad instar Concilii Tridentini non Episcopi, sed Praefecti nomen adhibuit, ut fortè submoveret dubitationem, quae fieri posset de computatione temporis à die consecrationis.

30 Et nihilominus etiam si Bulla nominatim loqueretur de Episcopis: tamen Regula illa, quod Episcopi appellatione non venit electus, & confirmatus non consecratus, recipit duas notabiles limitationes, quae optime adaptantur casui, de quo nunc agitur.

Primo enim limitatur nisi in electo militet eadem ratio quae militat in consecrato: tunc enim appellatione Episcopi venit etiam electus, ut per Gloss. in Clem. 1. in ver. Episcopis sit. conper. & in Abb. num. 2. & tunc promotus dicitur etiam non consecratus: & ita per illam glossam probat hanc limitationem Felinus, hic, num. 1. col. 2. post. princ. vers. Et adde gloss. & ante eum Marian. Socin. in sua disput. quae incipit, si sacrosanctae & cetera in ordine reddens rationem, quia stante rationis identitate non dicitur fieri extensio, sed comprehensio: & eum sequitur idem Felinus, hic num. 5. col. 5. post. medium, vers. Respondeat ad glossam in materia autem residentiae, de qua loquitur Constitutio Urbana, nulla est differentia inter electum, confirmatum, seu pronuntiatum à Papa, & consecratum, ut probat textus in c. Inter corporalia, §. Sicut enim, de translat. Episcopi. per hanc formalia verba: (Sicut enim Episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis suam non debet Ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus, cum non debeat in dubium revocari, quin post electionem, & confirmationem Canonice inter personas eligentium, & electi conjugium sit spirituale contractum, cui praefectio Episcopalis dignitas nihil addit. & infra. Unde cum non sit majus vinculum Episcopi ad Ecclesiam quam electi, maxime cum fuerit confirmatus, in idem idem penitus, & non aliud: idem iuris obtinet in utroque.) Hae ibi, Et quamvis ante consecrationem non habeat potestatem ordinis, quae in consecratione tantum conferitur, tamen assequitur plenariam in spiritualibus, & temporalibus administrationem, cap. Transmissam de elect. & Papa in Consistorio facta propositione per Cardinalem relatores pronuntiat Episcopum, per hanc formalia verba. (Auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, Ecclesiam N. de persona N. providemus, ipsumque illi in Episcopum praeficimus, & Pastorem, curam, & administrationem ipsius eidem in spiritualibus, & temporalibus plenarie commitemus.) & Cardinalis relator firmat schedaulam, quam mittit Vicecancellario per liminia, ut refert Flamin. Paris. de signat. Benef. lib. 6.

lib. 8. quæst. 5. num. 33. & 35. Quamobrem eum etiam ante consecrationem sit Pastor, & curam habeat animarum, utique tenetur oves suas agnoscere præcepto divino; & consequenter apud Ecclesiam suam personaliter residere, ut in Concilio Tridentino, cap. 1. sess. 23. & est simile in Parocho, qui habet regimen animarum, & tenetur personaliter residere etiam non sit promotus ad Sacerdotium, ut ut cap. Licet Canon. 5. de testam. de elect. lib. 6. & ibi notat. Butr. in 7. notab. Anchar. in 2. Gemin. in d. d. §. 1. etiam, vers. Quaro quando dicatur, & Franc. ibid. num. 3. in fin. vers. in eodem Glossa.

36 Et confirmatur, quia Episcopis ex Concilio, dicto cap. 1. §. Quoniam, sess. 23. non licet longiori spatio, quam duorum, vel trium mensium singulis annis ab Ecclesia abesse. Quod si Bulla Urbani VIII. non arctaret provisio ad residendum nisi post mensem à die consecrationis, haberent omnes primo anno ad minus quatuor menses absentie: nam tres menses habent ad suscipiendum munus consecrationis, cap. Quoniam, 75. dist. 1. cap. Quoniam, 100. dist. 1. Concilii Tridentini, sess. 23. cap. 2. & alium mensem habent ex Bulla; quod esset absurdum, quia cum Constitutio emanaverit in favorem residentium, non debet in ejus dispendium retorqueri, l. Quod favore, C. De legib. cap. Quod ob gratiam, de regul. jur. lib. 6. nec operari contrarium ejus, ad quod induta est, l. Legata inutiliter, ff. De adim. legat. cum similibus. Nec verum est promotus ad Episcopatum posse sumere tres menses absentie in principio anni suæ promotionis. Quoniam Concilium, in d. §. Quoniam, intelligi debet de Episcopis residentibus, qui à suis Ecclesiis abscedunt; non autem de illis, qui nunquam ad residentiam se contulerunt, ut patet ibi, statim reverberi sunt, l. Vterque, ff. De rit. nupt. l. Vir mulieri, ff. De donat. inter vir. & uxor. & l. 3. ff. De divort. nec non ibi, abscedentium, quod verb. necessario supponit Episcopos antea in suis Ecclesiis residisse: ac deinde ab illis recessisse, ut l. Unica, C. de Colon. Palest. lib. 11. Nec obest angustia temporis unius mensis supra ponderata, num. 18. quia ad expediendas Bullas sufficiunt dies circiter viginti, & interea potest promotus se expedire à visitatione lacri Collegii, & aliis in Curia peragendis; & expedit animarum salutem, ut quatuordecim ad residentiam se conferant.

38 Secundò limitatur supra scripta Regula, ut locum habeat solummodo in spectantibus ad exercitium, & decorem ordinis Episcopalis in quibus appellatio Episcopi venit tantum consecratus, cap. Transmissam, cum ibi notatis de elect. & tradit Butr. in conf. 10. Quia hic agitur: cum aliis hic congettis per Felinum, num. 1. col. 3. in prin. vers. Et idè dicit Durium, locus verò si materia subiecta concernat justificationem Episcopalem, quia cum hæc cadat in electo confirmato, ut d. cap. Transmissam, cum Glossa in ver. Deratibus, dispositio loquens de Episcopo verificatur etiam in electo confirmato, seu proviso, licet non consecrato, ut nota. Glossa in d. Clem. 1. in ver. Episcopi, & ibi Abb. num. 2. de foro competent. Cardin. post Tenzelinum in Clem. 1. in 6. quæst. De panu. Felinus alios referens hic num. 5. vers. restringuntur. Joannes de Selva, de Benef.

39 **L**imitata sit in supplicatione, & narrativa partu. num. 1. **L**ittera Apostolica deficiendo in figura litterarum, deficiunt in figura substantiva. **E**t presumuntur falsificata presumptione iurii, & de iure. **S**criptura fides est indivisibilis. **D**eclaratur. num. 13. **S**ubreptio in una parte non vitiat totum rescriptum in partibus separatis. **D**eclara quando est in parte, qua non causat principaliter concessionem gratia. **L**ittera Apostolica facultatis testandi, & transferendi pensiones an ex omnianno registrationis in Camera censentur nulla quoad utramque facultatem testandi dumtaxat. **R**egistratio omisso admittit fidem Brevis Apostolice quoad facultatem testandi, sed non quoad facultatem transferendi pensiones. **S**criptura continens capitula separata, quamvis non probet quoad unum; potest tamen probare quoad aliud.

part. 1. quæstione 2. num. 49. Hoc autem casu verifamur in materia residentie, que non preterquirit ordinem Episcopalem, imò potest ac debet fieri à provisis etiam non ordinatis, ut in d. c. Licet Canon. §. In etiam, de electione lib. 6. & si fuit offensum est in præcedenti limitatione. Facit quod notat. Joan. Andr. in c. Cum ex eo, ibi: & per idem dicendum in electo, de elect. lib. 6. ubi tenet, electum confirmatum posse dare licentiam clerico se absentandi à Parochiali per septennium studiorum causa, licet ille tex. loquatur de Episcopis: & cum sequuntur Felinus & Joan. de Selva, loca citata. Ex quibus patet etiam responsum ad objecta: & ita fuit observatum in casu bon mem. Ludovici Rodulphi, Episcopi Pactensis, qui cum in morbum incidisset post mensem à die propositionis in Consistorio, sed infra mensem à die suscepti muneris consecrationis, & paulò post in Curia obiisset, ejus bona tanquam spolia Camera Apostolica applicata fuerunt, nulla habita ratione facultatis testandi, quam obtinuerat à felicis record. Urbano VIII. & eadem quod de hac Bulla super residentia scripti in c. Qualitate, à v. 11. usque in fin. de Cler. non resident.

De materia decretalis videlicet quando Papa Sede vacante, vel plena mandat Capitulum, vel Episcopo, ut aliquem recipiant in Canonicum, & in Fratrem, eique præbendam conferant, numquid mandatum possint, aut debeant adimplere, vide magistralem distinctionem Baldi hic, n. 34. & Henric. Boic. numero 6. vers. Si quis quando Papa.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Ad Audientiam il. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 **L**imitata sit in supplicatione, & narrativa partu. num.
- 2 **L**ittera Apostolica deficiendo in figura litterarum, deficiunt in figura substantiva.
- 3 **E**t presumuntur falsificata presumptione iurii, & de iure.
- 4 **S**criptura fides est indivisibilis.
- 5 **D**eclaratur. num. 13.
- 6 **S**ubreptio in una parte non vitiat totum rescriptum in partibus separatis.
- 7 **D**eclara quando est in parte, qua non causat principaliter concessionem gratia.
- 8 **L**ittera Apostolica facultatis testandi, & transferendi pensiones an ex omnianno registrationis in Camera censentur nulla quoad utramque facultatem testandi dumtaxat.
- 9 **R**egistratio omisso admittit fidem Brevis Apostolice quoad facultatem testandi, sed non quoad facultatem transferendi pensiones.
- 10 **S**criptura continens capitula separata, quamvis non probet quoad unum; potest tamen probare quoad aliud.

Nisi

12 **N**isi defectus proveniat ex dolo illius, à cuius auctoritate fides scripturæ dependet.

14 **I**nstrumenti unius falsitas, & defectus fidei insluit etiam in alia instrumenta.

1 **A**D AUDIENTIAM. Falsa latinitas vitiat rescriptum Papæ; Hoc dicit Jo. Andr. Bald. Bellam. Butr. Card. Anch. mol. Abb. Jo. de Anan. Barbat. Felin. & Dec. & sic litteræ Apostolicæ deficiendo in figura litterarum deficiunt in figura substantia, ut inquit Bald. hic num. 2. Ratio decretalis est, quia rescriptum Papæ transit per multas manus, & magna maturitate decoquitur, cap. Apostolica, & ibi Glossa. 135. quæst. 4. Joan. de Imol. conf. 133. Viso rescripto, num. 5. nec verisimile ut aliquis ex officialibus non videret fallam latinitatem, & illam non emendaverit, ut hic in Glossa, unica. Ideoq; rescriptum huiusmodi præsumitur extra voluntatem, & cancellariam Principis, & ab aliis fuisse falsificatum, ut ait Glossa, & Felin. hic num. 2. Imò hæc est præsumptio juris, & de jure, ut respondit Ludovicus. Romanus conf. 376. Quæstio est nunquid, num. 11. in fin.

4 **E**t intellige regulam hujus tex. etiam si falsa latinitas sit in uno tantum ex capitulis separatis, adhuc enim rescriptum vitiat in totum, quia tota auctoritas & fides desit, cum fides scripturæ sit indivisibilis, ut patet in tex. ibi: si cum te nolimus adhibere: & in cap. Si ad scripturas, 9. distinctione & in cap. Pura, & simplex 3. q. 9. Ethic firmant. Bald. num. 15. & Felin. num. 2.

5 **N**ec obstat tex. in cap. Si eo tempore infra eodem lib. 6. ubi subreptio in una parte non vitiat totum rescriptum in partibus separatis. Quoniam aliud est subreptio in tacendo verum, ut ibi aliud in exprimendo falsum, ut hic; nam subreptio non impedit quin constet de voluntate Principis in capitulo separato quando est in parte, que non causat principaliter concessionem gratiæ, sed Papa aliunde movetur. At falsa grammatica operatur, ut totum rescriptum videatur extra voluntatem Principis, secundum ea, que dicta sunt supra num. 1. & ita post Abbatem in c. Sedes, infra eodem. Ad prædictam objectionem respondet Felin. hic num. 2, qui amplius ad regulam hujus decretalis ponit quinque ampliationes, & 11. limitationes, quas per te videas. Et ultra eum limita duodecimo eandem regulam, ut locum habeat si falsa latinitas sit in parte, in qua Princeps rescribit: secus verò si sit in supplicatione, & narrativa partis, ut per Jo. de Imol. d. conf. 133. n. 5.

9 **E**x facto quæsitum est an litteræ in forma Brevis quibus tribuitur facultas testandi, & transferendi pensiones, ex omissione registrationis in Camera censentur nulla quoad utramque facultatem, an verò quoad facultatem testandi dumtaxat.

10 **F**acultas testandi, que registrari debet in Camera nullam habet connexionem cum facultate transferendi; idè quod omisso registrationis, est admissa fidem Brevis quoad facultatem testandi, non tamen censetur illam adimere quoad facultatem transferendi: nam quoties separata sunt Capitula, quamvis ex aliquo defectu scripturæ non probet quo ad unum, potest tamen probare quoad

alia, Glossa in l. Si ex falsis, in verb. Nisi forte, Cod. De transact. quam dicit Alex. ibidem, num. 4. in iudicio observari; & omnes ad eam recurrere, Quod sine dubio procedit quando defectus non provenit ex dolo illius, à cuius auctoritate fides scripturæ dependet, prout non provenit in casu nostro. Rota de off. 3. de fide instrum. in antiquis, Bart. Angel. & alii apud Anton. Gabr. eorum. consil. de crimin. consil. 3. num. 2. Legitiz. in d. l. Si ex falsis, & Canonice in cap. Fraternitate, infra de hereticis, Dec. in consil. 312. numero 7. & 8.

13 **N**eque obstat quod fides instrumenti sit indivisibilis, ut dictum est supra num. 5, quia respondetur id procedere quando agitur de defectu fidei persona adluentis fidem instrumentorum, non enim personæ non creditur, ut puta notario in uno Capitulo, nec credi etiam debet in alio, cum ab eisdem persone auctoritate dependent. Imò, quod plus est, falsitas, & defectus fidei unius instrumenti insluit etiam in alia instrumenta. Ita loquuntur Doctores in l. Si ex falsis: Et ita accipi debet quod dicitur fidem instrumenti esse indivisibilem. At in casu nostro fides unius partis Brevis, scilicet facultatis testandi non proficitur à persona, qua subseq; debebat: & ita cessat ratio indivisibilitatis fidei quam Doctores in falsitate instrumenti considerant.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Causam que.

S V M M A R I V M.

- 1 **R**escripti interpretacionem recipit à iure communi.
- 2 **C**lausula in rescripto posita debet ad statum iurii reduci ubi summe sita reperatur.
- 3 **O**rdo sensus, & intellectus magis servandus, quam abstrivus ordo verborum.
- 4 **R**escriptum Principis debet reduci ad verbum iurii communi, etiam improbando verb. Et quid in privilegio. n. 7. & seqq.
- 5 **R**escripta contra ius elicta, nisi aliud appareat de voluntate Principis, non valent, & num. 32.
- 6 **R**escriptum conceditur ad ius communi observantiam; aliud transit in privilegium.
- 7 **P**rivilegia sunt restringenda, ut minus ledant ius commune, quam fieri possit, dum tamen aliquid conferant quantumcumque minimum, & numero 24. & 26.
- 8 **I**n quantum tangunt ius concedentis sunt latissime interpretanda.
- 9 **S**ed in quantum tangunt ius tertii, sunt restringenda, & num. seqq.
- 10 **G**ratia principis ita est interpretanda, ut non noceat tertio.
- 11 **A**mplia primò etiam in gratia concessa miserabilibus personis.
- 12 **A**mplia secundò etiam in gratia concessa Regibus.
- 13 **A**mplia tertio etiam si præiudicium sit modicum, num. 15. sed contra, num. 16.
- 14 **A**mplia quarto etiam quando rescribitur motu proprio, num. 17.